K. KUIPER

AD

EZECHIELEM POETAM JUDAEUM

CURAE SECUNDAE

Estratto dalla **Rivista di Storia Antica**
Anno VIII, fasc. 1.

PADOVA
R. STAB. P. PROSPERINI
1904

K. KUIPER

AD

EZECHIELEM POETAM JUDAEUM

CURAE SECUNDAE

Estratto dalla Rivista di Storia Antica
Anno VIII, fasc. I.

PADOVA
R. STAB. P. PROSPERINI
1904

AD EZECHIELEM POETAM JUDAEUM

CURAE SECUNDAE

Aliud est voluptatem quaerere ex poetis Graecis, aliud utilitatem. Animi oblectationem vix speramus — saltem non eam, quam praebet ars aureae aetatis — sed litterarum Graecarum progressum degressumque accuratius cognoscere studemus, quotiescumque in agri Graeci terminis vagamur, in quibus Judaeorum studia Hellenica versata sunt. Ned tamen ea quam illic quaerimus utilitas omni caret voluptate. Quem non delectat gentis Judaicae summa industria in sermonis Graeci notitia acquirenda ? Quis non mirabitur curam fidelem qua arcana religionis Judaicae simul servent simul cum aliegenis communicent ? Quis non amabit scriptores istos, quamvis sermonis elegantia plane saepe destitutos, cum videt, quam docta sagacitate gentium viros principes Dei populo vindicent, sapientiaeque universae origines ex fontibus Judaeis derivent ? Denique quis non intellegit quanti sit homini Christiano penitus novisse hellenismum quem dicunt Judaicum ?

Ita me quoque ab antiquorum Graecorum litteris saepe sevocant Veteris Testamenti libri apocryphi Graece conscripti, Maccabaeorum historia, Sapientia, Judith, nec minus Eupolemi, Demetriive fragmenta, carmina Sibyllina, pseudo-Phocylidea, alia id genus. Accuratius autem studium casus quidam effecit ut impenderem in dramation illud, quo Ezechiel — cuius poetae tam aetas quam patria ignoratur — Hebraeorum ex Aegypto egressum, Exodi verba secutus enarravit. Quod opusculum in Mnemosynes, Bibliothecae Philologicae Batavae volumine XXVIII emendatius edendum curavi, addita disputatione de poetae origine aetate sermone ; nuper autem eadem dissertatio mea in sermonem Gallicum conversa est eorum virorum cura qui edunt « Annales studiorum Judaicorum Francogallos » (« Revue des Études Juives » fasc. 91 et 92). Deinde in Italia eandem

tragoediam diligentissimo labore illustravit vir doctissimus Gio. Battista Girardi in dissertatione «di un dramma Greco-Giudaico nell' età Allessandrina» (Venezia 1902), quam disquisitionem, cum utilissimo et acuratissimo studio contulisset et iudicavisset Girardius quidquid de Ezechiele antea scriptum erat, praemio aureo haud immerito ornandum censuerunt viri quibus mandata est cura «di fondazione Elia Lattes».

Inter Girardii opiniones ac mea iudicia, de poetae nostri aetate patria opere, de versuum interpretatione, denique de singulis tanta est discrepantia, vix ut possit homo ab homine magis dissentire quam nos dissentimus. Equidem hanc opinionum discordiam neque magnopere miror - in re tam incerta atque obscura - neque vehementer doleo: solet enim in tali quaestione πόλεμος πάντων (τῶν ἀγαθῶν) πατὴρ εἶναι. Nec tamen πολεμεῖν in animo est; nolo in hisce curis secundis Girardii vestigia secutus de singulis quae nos dirimunt novam inire disceptationem: laborem parum gratum horum annalium lectoribus, nec nobis utilem. Nam quae de gravissimis, de Ezechielis patria atque aetate, de dramatis indole protuli, ea mihi quidem Girardii argumentationibus refutata esse non videntur; ergo quid attinet iterare relata? Nonne occidit crambe repetita? Si cui cordi sunt Judaica studia quibus Girardius atque ego detinemur, is quaeso utriusque nostrum argumentis perpensis aeque nostras controversias dirimat iudicio. Verum utramque is iudex ipse perlegat dissertationem, non tantum, quaeso, ex Girardii relatione meam cognoverit operam.

Itaque lectorum commodo consulere mihi videor si taceam de multis iis locis in quibus adversarius meus — iuvenili quodam ardore saepe incautius me agressus nec semper ea usus urbanitate, quam Italis propriam esse expertus novi — me aut «in errorem incidisse» aut «temerariam iniisse viam» dixerit (1), sed pauca quaedam, quae

(1) Ad calcem paginae hoc illustrari exemplo nihil vetat. Post versum 31 (ὑγρᾶς μ' ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ᾐόνος) sequuntur in codicibus tantum non omnibus verba haecce: τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει καὶ περὶ

Girardii dissertationem, qua digna erat cura, perlegens aut nova inveni, aut accuratius exponenda esse vidi, hic proferam. Praemittam autem adnotationem criticam de poematii nostri codicibus Romanis tribus, deque libro Dorvilliano qui in Bibliotheca Lugduno-Batava inter codices Vossianos asservatur.

§ 1. — De Eusebii codicibus Romanis et Leidensi.

I. A. Heikel, cuius viri de Eusebio bene meriti editionem Praeparationis magna cum expectatione nec sine bona spe propediem in lucem prodituram esse nobis pollicemur, in utilissimo libro *De Praeparationis Evangelicae Eusebii edenda ratione* demonstratum iit codicem Vaticanum 1303 (V) ex Neapolitano II A. 16 (N) ducere originem; sed ex ipso V descriptum esse, in libris quidem prioribus, Neapolitanum alterum II A. 15 (N^5) cuius rescriptum

---

τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, τὸν Μωυσῆν παρεισάγων λέγοντα· κ. τ. ἑ. Ego credendum libris ratus, cum semper μεθ' ἕτερα soleant adhibere scriptores isti quando *praetermittunt* aliquid in referendis verbis alienis, adnotatione indicavi quid fere in versibus illis praetermissis dixisse Ezechiel videretur. Girardius negat quidquam deesse, continuari iudicat narrationem statim post, versu 32 ἐπεὶ δὲ. Et id quidem iure suo nam poteris de eiusmodi rebus dubitare (cf. adn. meam p. 244), at parum caute, opinor, agit qui in re tam dubia adversarium erroris insimulet ("anche il Kuiper cade nello stesso errore del Magnin") et deinde ita pergat (l. l. p. 32): "E allora come si spiega quel τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει? La difficoltà deriva, a mio avviso, da uno sbaglio di punteggiatura: gli editori di Eusebio, anche il Dindorf, attribuiscono tutta questa frase al Poliistore, ma, chi rifletta un po', intesa così essa non dà un senso soddisfacente, mentre invece diventa subito chiara se si considerano le prime parole τούτοις μεθ' ἕτερα(sotti ntende: ἐπάγει ὁ Πολυΐστωρ λέγων) come dette da Eusebio, e le altre ἐπιλέγει καὶ περὶ τούτων κ. τ. λ. come dette dal Poliistore". Quid huic verborum interpretationi maximopere obsit, non credo latere lectores; verbo tamen indicabo. Dativum τούτοις sic nude ponere, omisso nempe verbo unde penderet, neque potuit Eusebius neque id unquam fecit. Qua ratione in asserendis Polyhistoris fragmentis is usus sit, ostendit p. 421 B «τοσαῦτα ὁ Πολυίστωρ· οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων·» vel p. 426 A «ταῦτά μοι κείσθω ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς. ἑξῆς

esse Ottobonianum 265 (T). Neapolitanum vero illum N[5] inde a libro IX (in quo insunt fragmenta Ezechielea) non a Vaticano pendere monuit, sed a Parisino 468 (E), quem per Marcianum 342 (J) referendum esse ad librum satis laudabilem Marcianum 341 (I). - Urbinatem 6 (U) ab eodem ac Vaticanum codice Neapolitano N deduxit. Rationes viri peritissimi nihil prorsus habere mihi videbantur cui diffiderem; quoniam autem ad eas constituendas tantum non semper Heikelius, in libello saltem suo, primorum tantum Praeparationis capitum lectiones varias adhibuit, operae pretium ducebam, cum Romae degebam, Apostolicae Bibliothecae ipsos adire thesauros et inspectis codicibus Vaticano, Urbinate, Ottoboniano 265 lectiones in dramatio Ezechielis varias adnotare. Quod praesertim utile iudicabam quia Ottobonianus 265 — nam alterum Ottobonianum (266) qui desinit in libri VI capite 3 (*οἱ ναοὶ τά τε*) neglegere licebat — non una eademque manu, sed admodum diversis descriptus esse mihi videbatur. Primam, quae festinanti et prona utitur scriptura, excipit libro VI c. 7 (p. 256 οὔτε πιστότερον) alia manus vel saltem alia scriptura multo elegan-

---

ἐπισυνήφθω καὶ τάδε·» vel p. 429 A «τούτοις καὶ τὰ ἑξῆς περὶ τοῦ Ἰωσήφ ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ Πολυίστορος γραφῆς ἐπισυνήφθω» vel p. 431 B «τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων ὁ Πολυίστωρ. καὶ περὶ Μωυσέως δὲ ὁ αὐτὸς πάλιν πλεῖστα παρατίθεται, ὧν καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι ἄξιον» et praesertim p. 442 A «τούτοις ἐπάγει, μετά τινα τὰ μεταξὺ αὐτῷ εἰρημένα, λέγων· ταῦτα δέ φησιν οὕτω καὶ Ἐζεκιῆλος κ. τ. λ.» Itaque sermoni Graeco si consulere vellet Eusebius — haud neglegens Graecitatis scriptor — ad eam sententiam indicandam quam ei tribuit Girardius, vix ita scripturus erat ut eum nunc loquentem facit vir doctus, sed hunc fere in modum: «Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὸν Μωυσῆν παρεισάγει λέγοντα». Et sic si legi iussisset Girardius saltem non laborasset sermo Graecus. Sed ne tum quidem mihi persuasisset, quoniam compertum habeo Eusebium cum ab unius scriptoris verbis ad alterius verba referenda pergat, sedulo operam dare sive scriptoris nomine addito sive pronomine, ne lectores in errorem inducat. Et exempla quae adduxi satis probant nostro loco si verbis μεθ' ἕτερα Polyhistoris quaedam consulto a se praetermissa indicare voluisset Eusebium scripturum fuisse «τούτοις μεθ' ἕτερα ὁ αὐτὸς Πολυΐστωρ ἐπιλέγει· καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος λέγει ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὸν Μωυσῆν παρεισάγων λέγοντα».

tior quae pergit ad libri XIII caput 15 medium (p. 695 δοκοῦντα τοῦτον ὑποθέμενος (τὸν) τρόπον); exinde dixeris priorem illam denuo manum operi admotam esse, et absolvisse totam Praeparationem, nisi quod libri XIV initium καλλιγράφως scribere coepit sive idem librarius sive alius ; qui tamen post unum caput, artis suae cum eum taederet, ad solitam scripturae neglegentiam opus relabi sivit. Haec libri Ottoboniani condicio, etiam post Heikelii curas, accuratam eius partis qua Ἐξαγωγή continetur, collationem commendabat. Quam subiciam, additis - id quod utile videbatur - Vaticani Urbinatisque discrepantiis, et, quantum attinet, Dorvilliani codicis (quem littera L insignit Heikelius) lectionibus. Contuli codices cum textu editionis Gaisfordianae, cui editori in ceterorum codicum collationibus confidere debui, etsi non ignarus eram, neglegentia eas non vacare. Codices indicavi eisdem quibus Heikelius litteris, cuius stemma subieci collationi meae (vide p. 72).

	Ottobon. Gr. 265 *(fol. 215r)*	**Urbinas 6** *(fol. 171r)*	**Vatican 1303** *(fol. 192v)*
1	ἀφ' οὗ (*cum C. E. L.*)	ἀφ' οὗ δ'	ἀφ' οὗ δ' (*cum B. D. F. G. I.*)
5	τούτων [τού]των χρόνων (τούτων τῶν χρ. *L.*)	τοῦτον τὸν χρόνον	τοῦτον τὸν χρόνον (*cum C.*)
10	οἰκοδομαῖς τε βαρέσιν (*item L.*)	οἰκοδομίαις τ. β.	οἰκοδομαῖς τ. β.
	βρωτούς	βροτούς	βροτούς
11	πόλεις πύργους τε	πόλεις τε πύργους	πόλεις τε πύργους
13	ἐς βαθύρροον	ἐς βαθύρρ.	εἰς βαθύρρ.
15	μῆνας οὓς	*itid.*	*itid.*
18	ἀδέλφ' ἡμῶν	*itid.*	*itid.*
	κατώπτευε	κατώπτευε	κατώπτευεν
19	ἅβραις	ἅβραις	ἅβραις
20	φαιδρῶσαι	φαιδρύναι	φαιδρύναι
24	τῷ παιδὶ	τῷ παιδὶ	τῷ παιδί
25	ἐπέπευσε (*item L.*)	ἐπέσπευσε	ἐπέσπευσε(ν)
27	αὐτή τε (*item L.*)	*itid.*	*itid.* (*I.* γε)
28	*om.* θυγάτηρ		
30	ὀνόμαζε	ὀνόμαζε	ὀνόμαζε
31	ἠϊόνος (*item L.*)	ἠόνος	ἠόνος (= ᾐόνος ?)
32		παρῆλμοι	
33	ἦγε με (*cum D.E.I.L.*)	ἤγαγε	ἤγαγε (*cum C. F. G.*)

35 δωρήματος (*in marg.* « ἴσως τα »)	δωρήματα	δωρήματα
36 τοῦ παιδὸς ἔχομεν	τὸν παιδὸς εἴχομεν	τὸν παιδός εἴχομεν
38 ὑπισχνεῖθ’	ὑπισχνεῖτο	ὑπισχνεῖτο
39 κόλπος) *cum D.E.I.L.*)	κόλτος	κόλτος (*cum B. C. F.*)
40 *om.* οἴκων		
41 ἄρωγε	θυμός μ’ ἄνωγε	θυμὸς μ’ ἄνωγε
42 νομαῖς (*in marg. alia ut videtur manu :* γρ. νόμῳ)	νομαῖς	νομαῖς (*cum C D E F. G. I.*)
43 τὸ μὲν γένος Ἑβραίων (*cum D. L.*)	τὸν μὲν γένος Ἑβραῖον	τὸν μὲν γένος Ἑβραῖον
45 ἐρρυσάμην	ἐρυσάμην	ἐρυσάμην
49 αὐτῶν .... παρουμένους (*cum D. E. I.*)	αὐτοὺς... παρουμένους	αὐτοὺς... παρουμένους *quod deinde deleto* υ *et adiectis litteris* νου *eadem manus mutavit in* παρονουμένους. (*utrum voluerit* παρανοουμένους *an* παρανομουμένους *dubito*).
52	μὴ κτενεῖς σύ με ;	μὴ κτενεῖς σύ με (*signo interrogationis non addito*)
53	τὸν χθὲς ἄνδρα	ὥσπερ τὸν ἔχθες ἄνδρα
54 ἔλεξε (*iteratur error iterato ipso verbo in fol. 216 r*)	ἔλεξα	ἔλεξα
55 ἀπήγγειλε (*sine* ν)	*item*	*item*
56 ζητεῖ	ζητεῖ	ζητεῖ (*cum D. E. I.*)
57 ἐκποδῶν	ἐκποδῶν	ἐκποδῶν
59 τινάς	τινας	τινάς
61	φῦλα πάντα παντοίων γενῶν	
62 ἔστι	ἐστί	ἐστί
ante vs. 66 λέγοντας (*cum D. E. I. L.*)	λέγουσαν	λέγουσαν (*cum B. C. F, G.*)
66 ὅπως (*cum E*) ; *interpungit post* ξένῳ	ὅμως	ὅμως
pag. 216v	*p. 217r*	*p. 193v*
λέγει δὲ περὶ τούτων καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ ἐξαγωγῇ προσπαρειληφὸν (*cum I. L.*) τὸν ὄνει-	Ἐζεκῆλος κ. τ. λ. προσπαρειληφὼς	Ἐζεκῆλος κ. τ. λ. προσπαρειληφὼς

ρον τὸν ὑπὸ Μωσέως μὲν ἑωραμένον, ὑπὸ δὲ πενθεροῦ διακεκριμένον. λέγει δὲ αὐτὸς ὁ Μωσῆς δι' ἀμοιβαίων πρὸς τὸν πενθερὸν οὕτως	ὑπὸ δὲ τοῦ πενθεροῦ *cetera itidem.*	ὑπὸ δὲ τοῦ πενθεροῦ *cetera itidem. In fine sententiae ceteri codices exceptis B C F G* οὕτω πως *habent, (item Vossianus L. qui cum D E I T* τοῦ *ante* πενθεροῦ *omittit)*
68 ἐξ ὄρους κατ' ἄκρας οὗ *(cum D E I L)*	κατ' ἄκρας ἵν' οὗ	κατ' ἄκρας ἵν οὗ (ἴνου *F G)*
69 πτηχὸς *(cum E L)*	πτύχας	πτύχας *(cum B C F G)*
70 ἐν τῷ	ἐν τῷ	ἐν τῷ
72 δεξιᾷ	δεξιά	δεξιᾶ *(omisso ut solet* ι *subscripto)*
73 ἐθάθην *(correctum in marg. in* ἐτάθην, *non* ἐστάθην)	ἐστάθην	ἐστάθην
75 εἶπεν	εἶπε	εἶπε
ἐμοὶ ἔδωκε καὶ	ἐμοὶ ἔδωκε καὶ	ἐμοί. ἔδ. καὶ *turbato in sequentibus quoque versuum divisionibus, quos dum continuatos scribit punctu distinguere solet.*
77 ὡς εἶδον (*cum D E I L)*	ἐσεῖδον	ἐσεῖδον
78 καὶ ἐξ ὕπερθεν *(it. L)*	καὶ ἐξύπερθεν	καὶ ἐξύπερθεν
79 καί τοι *(cum E. L.)*	καί μοι	καί μοι
80 ἔπιπτ' ἐγὼ	ἔπιπτε ἐγὼ	ἔπιπτε 'γὼ *(sed deinde correctum).*
83 καλόν σε τοῦτ' ἐσόμηνε *(hoc cum D)*	καλοῦ σε τοῦτ' ἐμήνυσε	καλοῦ σε τοῦτ' ἐμήνυσε (*hoc cum C F G)*
84 ζώοιν *(cum E I L)*	ζωοῖν	ζωοῖν *(cum B C F G)*
85 ἄρα γε *(cum D E I L)*	ἄρα	ἄρα *(cum C F G)*
87 ὅλην τὴν οἰκουμένην *(cum D E I L)*	ὅλην κατ' οἰκουμένην	ὅλην τ' οἰκουμένην
88 οὐρανὸν θεοῦ	οὐρανόν; θεοῦ	οὐρανόν, θεοῦ
89 τά τε πρὸ τούτου τα θεοῦ ὕστερον *(item L)*	τά τε πρὸ τούτου τά θ' ὕστρον	τά τε πρὸ τούτου τά θ' ὕστερον
ante vs. 90 φησὶ δ' ὁ Μωσῆς *(cum D E I L)*	φησὶ δ' ὅμως	φησὶ δ' ὅμως *(cum C F G)*
100 ἐμῶν	ἐμῶν	ἐμῶν *(incertum an corr. sit ex* ἐμοῦ)

105 καὶ τ' Ἰακὼβ	καὶ Ἰακώβου	καὶ Ἰακώβου
112 ἐξάγοις	ἐξάγεις *(ead. manu corr. in* ἐξάγοις)	ἐξάγοις
113 μου	μου	μου *(I.* μοι)
115 ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίους	ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίους	ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίους (ἐναντίους *cum C E F G I)*
116 πέμψον τὸν *(cum D E I)*	πέμψω σὸν	πέμψω σὸν *(cum B C F G)*
ταχὺν	ταχὺν	ταχὺν
118 βασιλέως	βασιλέων	βασιλέων *(cum C F G)*
123 ἐστι	ἐστι	ἐστι
124 βέληται δέ ποθ' (δέ ποθ' *cum D E I L)*	βέβληται δέσποθ'	βέβληται δέσποθ' (*cum C F G)*
127 φοβηθῇς	φοβηθεὶς	φοβηθεὶς
128	*post* οὐρὰν *errore addit* δὲ σώματος τρέμει *quae deinde delevit*	
ῥάβδος ἔσετ' ὅπερ (*cum D E I)*	ῥᾶβδος ἔσσετ' ὥσπερ	ῥάβδος ἔσσετ' ὥσπερ
ante vs. 132 Ἐζεκιῆλος παρεισάγων λέγων *(cum E I L)*	Ἐζεκῆλος παρεισάγων λέγοντα	Ἐζεκῆλος *(cum C F)* παρεισάγων λέγοντα
135 ἐμβαλών	ἐμβαλῶ	ἐμβαλῶ
136 πάσσω *(cum C D F G I L)*	πάσω	πάσω
137 ἀναβλύσει *(cum E)*	ἀναβρυήσει	ἀναβρυήσει *(cum F G)*
144 τε	τε	τε (*cum D G I)*
145 πέμψαι *(cum D I)*	πέμψω	πέμψω
150 ἕξειν *(cum F. G.)*	ἕξει	ἕξει *(ita D E I L)*
post vs. 151 *oratio Dei continuatur* (*ut in D E I L)*	περὶ δὲ τῆς θυσίας καὶ τῶν ἀζύμων, ὁ θεὸς τῷ Μωσεῖ ὑποτίθεται	*eadem quae Urb. addita habet cum C F G.*
153 μείς	μείς	μεῖς
ἐνιαυτῶν	ἐνιαυτῶν	ἐνιαυτῶν
157 διχομήνια *(cum D L)*	διχομηνία *(quod et* διχομηνία *et* διχομηνίᾳ *esse potest; neglegunt enim fere et Urb. et Vat.* ι *subscriptum)*	διχομηνία
θύσαντος	θύσαντας	θύσαντας
160 δαίσεσθε	δαίσεσθε	δαίσεσθαι

165 ἠδὲ στολὰς (*cum D E I L*)	ἠδὲ καὶ στολάς	ἠδὲ καὶ στολάς (*cum B C F G*)
166 ἵν' ὧν	ἵν' ὧν	ἵν' ὧν (*cum B C F G*)
169 ἑπτὰ δ' ὁδοιποροῦντες (*cum D I L*)	ἑπτὰ ὁδοιποροῦντες	ἑπτὰ ὁδοιποροῦντες (*cum C F G*)
170 ἔτος κᾶτα (*item L* κἆτα)	ἔτος κάτα	ἔτος κάτα
173 πρωτότοκα (*cum B E L*)	πρωτότευκτα	πρωτότευκτα
post 175 ἐπεξεργαζομένης (*cum D E L*)	ὑπεξεργαζόμενος	ἐπεξεργαζόμενος (*cum C G*)
180 φάγεσθε ταῦτα (*cum D E I L*)	φάγεσθε πάντα	φάγεσθε πάντα (*cum B C G*)
181 ὑποδέδησθε . . . χερσὶ (*item L*)	ὑποδέχεσθε . . . χερσί	ὑποδέδεσθε . . . . χερσί
184 κεκλήσεται	κέκληται	κέκληται
185 ὑσσώπου	ὑσώπου	ὑσώπου (*cum B C G*)
185-6 κομίσεις αἷμα (*cum D E I L*)	κόμης εἰς αἷμα	κόμης εἰς αἷμα
186 θίγειν (*cum D E I L*)	θήγειν	θήγειν (*cum C F G*)
188 ἑορτῆς	ἑορτήν	ἑορτήν
190 ζύμα	ζύμη	ζύμη
ἀπαλλαγήσεται (*cum B D L*)	ἀπαλλαγή	ἀπαλλαγήσεσθε
post vs. 192 Ἐζεκιῆλος	Ἐζεκῆλος	Ἐζεκῆλος
τῷ ἐπιλεγομένῳ (*cum D E I L*)	τῷ ἐπιγραφομένῳ	τῷ ἐπιγραφομένῳ (*cum B C F G*)
ἐξαγωγή (*item L*)	ἐξαγωγῆ	ἐξαγωγῆ
197 ἦν φρικτὸς ἐκτεταγμένων (*cum D E F I L*)	ἦν φρικτὸς ἀνδρῶν ἐκτεταγμένων	ἦν φρικτὸς ἀνδρῶν ἐκτεταμένων (*cum B C G*)
201 Αἰγύπτου (*item L*)	Αἰγυπτίου	Αἰγυπτίου
202 αὐτῶν ἠρόμην ἐγὼ	αὐτὸν ἠ. ε.	αὐτῶν ἠ. ἐ.
203 στρατοῦ μυριάδες	*item*	*item*
204 οὐμὸς ἦντε στρατος	οὑμὸς ἤντησε στρατός	οὑμος ἤντησε στρατός
206 ἦεσαν ἠθροισμένοι	*item*	*item*
207 τέκνοισιν ἠπίοις (*cum D L*)	τέκνοισι νηπίοις	τέκνοισι νηπίοις
208 δάμαρσιν	δήμαρσιν	δήμαρσιν
212 ἐστάθησαν	ἐστάθησαν	ἐστάθησαν
213 πολὺς ἦν δ'	*item*	*item* (*cum B E F G I*)
220 φρικτοῖς	φρυκτοῖς	φρικτοῖς
225 τῇ δὴ πρὶν (*cum D E I L*)	τῇ πρὶν	τῇ πρὶν (*cum C F G*)
229 ὤρουσαν (*cum D E I L*)	ὥρμησαν	ὥρμησαν (*cum C F G*)


230	φχόμεθα	ᾠχόμεθα	ᾠχόμεθα
231	εἰσεκυσάμεν (*cum D E I L*)	εἰσεκύρσαμεν	εἰσεκύρσαμεν (*cum C F G*)
233	ἐστρέφοντο	ἐστρέφοντο	ἐτρέφοντο
237	κῦμα	κύμα	κύμα
	ἐρροίβδου (*cum E L*)	ἐρροίβδει	ἐρροίβδει
241			ὄλεθρον *corr. ex* ὄλεθρος
	συνεκλύσθη (*cum D E I L*)	συνεκλείσθη	συνεκλείσθη (*cum B C F G*)
post vs. 242	συμφώνως τούτων	συμφώνως τούτῳ	συμφώνως τούτῳ
	ἐλείμ (*cum D E I L*)	ἐλεὶν	ἐλεὶν (*cum C F G*)
	τῷ Μωσεῖ λέγοντα	τῷ Μωσῇ λέγοντα	τῷ Μωσῇ λέγοντα (*cum C F G*)
244	πρὸς αὐτῇ τῆδ' ἐπ' εὐανεῖν ἄπη (*cum C*)	πρὸς αὐτῇ τῆδ' ἐπευναΐ	πρὸς αὐτῇ τῆδ' ἐπευναΐ
245	ἔστιν γὰρ ὥς που	ἔστιν ὡς	ἔστι γὰρ ὅπου
246	ἐκεῖ τόθεν (*cum D E I L*)	ἐκεῖ πόθεν	ἐκεῖ πόθεν (*cum C F G*)
247	κατ' εὐφροσύνην	κατ' εὐφρόνης	κατ' εὐφρόνης (*cum C F G*)
249	δαψιλῆς (*cum D E I L*)	δαψιλός	δαψιλός (*cum C F G*)
254	πρὸς τοῖς ἴδομεν	πρὸς τοῖσδ' εἴδομεν	πρὸς τοῖσδ' εἴδομεν
255	ἑόρακε	ὥρακε	ὥρακε
259	αὐχένων	*item*	*item*
260	κροκωτίνοις (*cum D E I L*)	κροκωτοῖσι	κροκωτοῖσι (*cum C F G*)
	ἡμέροις	ἱμέροις	ἱμέροις (*item L*)
264	ἐκπρεπεστάτην (*it. L*)	ἐκπρεπεστάτην	εὐπρεπεστάτην
266	ὡς ἦν (*cum D E I L*)	ὥστ' ἦν	ὥστ' ἦν (*cum B C F G*)

Iuxta libros antiquiores parum utilitatis afferri ex codícibus Romanis ut vere admonuit Heikelius ita lectionum collatio a me proposita confirmat. Neque vehementer impugnant scripturae discrepantiae opinionem quam protulit idem vir clarissimus: *ex codice qui penderet a libro E descriptum esse Ottobonianum.* Sed licet ineptissimae sit arrogantiae totum stemma a peritissimo viro compositum rescindere velle tribus tantum codicibus ex tanto numero inspectis, non tamen absurdum neque plane inutile opus faciam, si collatione nostra adhibita indicaverim, in quanam stirpis parte dubia mihi oborta sint; quae dubia

facili fortasse opera Heikelius discutiat [1]. Cognatum sane cum libro Parisino E esse Ottobonianum collatio nostra quoque declarat. Sed in discrepantiis scripturarum plerumque non cum E solo, verum cum E D I conspirat liber Ottobonianus (ut vs. 49 αὐτῶν, 68 ἐξ ὄρους κατ᾽ ἄκρας, 77 ὡς εἶδον, 87 τὴν οἰκουμένην, 116 πέμψον τὸν, 124 δέ ποθ᾽ 128 ἔσεθ᾽ ὥσπερ, 165 ἠδὲ στολάς, 185 κομίσεις, 197 ἦν φρικτὸς ἐκτεταγμένων, 231 εἰσεκύσαμεν) ; et licet non desint loci quibus - si quidem Gaisfordianis collationibus aliquatenus fides potest haberi - *contra D* cum E sive E I conveniat Ottob. (veluti 66 ὅπως, 79 καί τοι, 84 ζῴοιν, post vs. 131 παρεισάγει λέγων, 137 ἀναβλύσει, 170 κᾆτα, 173 πρωτότοκα, 237 ἐρροίβδου), alibi *sive commune cum D. vitium habet, quo vacat E.* (43 Ἑβραίων, 83 ἐσόμηνε, ubi E. ἐσόμενε, 136 πάσσω, ubi E. παίσω, 145 πέμψαι, 191 ἀπαλλαγήσεται, 207 τέκνοισιν ἠπίοις) *sive vitium, quo E labo-*

---

(1) En stemma Heikelianum :



rat, non habet (60 κλήξεται, 156 παῦσαι) *sive saltem ab E discrepat*. Quantum in hisce tribuendum sit codici Neapolitano N[5], ex quo totum pendere Ottobonianum censet Heikelius, niqueo deiudicare, sed hoc saltem ex collationibus nostris perspicuum est, *èt arctiore vinculo inter se cohaerere codicem Parisinum D atque libros E I (N[5]) Ottobonianumque T, èt non certissimis indiciis a viris doctis constitutum esse plane neglegi posse Ottobonianum dummodo consulas Parisinum E* quippe ex cuius familia esset apographum.

Quod ad Vaticanum Urbinatemque attinet brevissimis absolvere potero. Confirmatur enim collatione nostra Heïkelii iudicium. Nam licet vitiis communibus communem praebeant originem, « non tamen inter se ita sunt similes, ut alter ex altero descriptus sit ». Apparet id tam ex Urbinatis varietatibus paucis quibusdam, quam ex interpunctionis diversitate satis magna ; documento quoque error quem ad vs. 128 indicavi, esse potest Urbinatem non ex Vaticano esse descriptum. Sed ferit oculos, quam proxime lectionum varietate duo illi libri accedant *ad libros C F G* contraria afferentes codici D, quem tamen ex communi cum iis patre, codice Neapolitano N, originem ducere censuit Heikel. Hic quoque non absum a suspicione, aliam fortasse inter eos libros constituendam esse relationem ac Heikelio cum stemma suum componeret visum sit, quamquam pro certo quid affirmare, neque Bononiensi libro cognito, neque Neapolitano, absurdum duxerim.

Minus etiam dignus, quo detineamus lectorem, est codex Dorvillianus L, Vossianus 197 (in bibl. Lugdbat. Voss. Misc. 5). Continetur illo libro, praeter alia, Eusebii Praeparationis Evangelicae liber IX, sed ex parte tantum ; nam desinit codex in verbo χρήσασθαι (c. 29). Poema Ezechielis inde a fol. 14[r] ita descriptum est, ut singulas lineas singuli versus occuparent, cum contra in codicibus Romanis continuati versus describantur. Primi librarii operam stolide peractam — pessime enim versus distribuit — alius deinde ita correxit, ut simul sive ex alio codice sive ex editione quadam ipsum textum emendaret. Correctiones autem

alias quoque tam ipsa Vossii manus quam aliae adiecere. Si qua est in libro Dorviliano utilitas, haec est quod iterum ex eo apparet quam arcto vinculo inter se coniungantur libri D E I T. Nam non solum verum id est, quod inspecto codice iudicavit Freudenthalius: « Vossianum cum codicibus E I propinqua cognatione esse coniunctum », sed quotiescumque discrepantia est inter D E I T et C F G ab Italorum librorum parte stat Dorvilianus. Ceterum, proprios librarii errores (veluti vs. 7 ἑπτὰ καὶ δέκα, 34 μηθεύσασα) si neglegas, Vossianus, quamquam universe conspirans cum I, ita tamen in erroribus quibusdam convenit cum Ottoboniano (25 ἐπέπευσε, 39 ἑβραίων - cum D -, 89 πρὸ τούτου τοῦ θεοῦ, 204 ἤντη στρατός) ut ex vel eodem vel simillimo Marciani I apographo descriptum esse librum pro certo affirmare liceat, ad quam opinionem nescio an ducat adnotatio marginalis ad 145 πέμψω: « exempl. πέμψαι habet ». Accuratius collatione addita haec demonstrare supersedeo ne taedio obruam lectores. Ex iis quae ad Ottoboniani collationem adnotavi, ii quibus hoc cordi est videre poterunt quatenus recte de ea cognatione censuerim.

Quid vero ad poematis textum constituendum, nostri codices prodesse possunt? Vs. 16 ἄκρα, non ὄχθην afferunt, quae Girardio lectio genuina visa est (p. 59); vs. 20 non Clementinis tantum codicibus, ut putat Girardius l.l., lectio fertur χρῶτα φαιδρῦναι νέον sed in Eusebianis omnibus tam Gallicis quam Italis; vs. 69 suspicanti mihi lectionem πτυχὰς tuendam esse (μέχρ' ἐς οὐρανοῦ πτύχας) favent Vaticanus et Urbinas; vs. 76 καὶ, quod meo Marte inserui ante αὐτὸς, datur in codicibus Romanis; vs. 190 ubi pro ἀπαλλαγήσετε vel ἀπαλλαγήσεται proposui κακῶν γάρ ἐστι τῶνδ' ἀπαλλαγή) quae coniectura, iudice Girardio « si scosta troppo dalla lezione dei cdd. », memorare operae pretium est in Urbinate versum revera exire in ἀπαλλαγή; vs. 247 accusativus εὐφρόνην quam iubente lege grammatica restitui, subsidium habet in Ottoboniani lectione quamvis corrupta κατ' εὐφρο [σύ] νην. Quantum ceteris quas in Mnemosyne proposui coniecturis codices Romani sive faveant sive obstent, facile est cuivis diiudicare.

§ 2. — De Ezechielis studiis Euripideis

Ex observationibus criticis facilis mihi est transitus ad sermonis dictionisque Ezechelianae proprietates. De hoc autem argumento controversia quaedam eiusmodi est mihi cum Girardio quam aliquatenus dirimi posse speraverim. Dixi in dissertatione mea p. 264 sqq. - id quod exemplis probare conatus eram - Ezechielem intimam habuisse dictionis Euripideae notitiam ; sedulo perlectas fabulas Attici poetae fixas in memoria eius haerere ; ad quae verba Euripides fuisset εὐεπίφορος, ea Ezechielem quoque in deliciis habere denique totum eius poema redolere artem Euripideam. Girardio non persuasi. Quae exempla dictionis Euripideae ex dramatio nostro adduxi, ea quidem non refutat, sed vim tamen illorum infringere sibi videtur hoc responso : « Ezechielo usa molte di queste frasi che doveano essere ormai communissime nel linguaggio tragico del suo tempo » (p. 46, n. 2). Et illud quidem neque Girardius probare poterit, neque ego refellere ; quid enim superest ex « lingua eius aetatis tragica » ex quo argumenta nobis suppetant ? Hoc tantum explorare poterimus, num musa poetae Judaei Euripideum sonet ; utrum vero illud cum aliis eius temporis poetis ignotis commune habuerit necne, ignoramus. Ceterum, rem quae mihi tam perspicua videbatur, ut digito eam monstrari sufficere putarem, in dissertatione mea non nisi obiter tractavi. Quis enim non recordatur Euripidis, cum in Ezechielis poemate videt verbi μηχανᾶσθαι usum, δόμους et δώματα, voces trisyllabas, quadrisyllabas in μα desinentes et in extrema sede versus positas (9 πλινθεύμασιν, 35 δωρήματα, 37 παιδεύμασιν, 106 δωρήματων, 134 συστήματα, 144 σώματα, 146 βρώματα, 253 χορτάσματα) cum οὐρανοῦ πτύχας audit, et εὐνέτιν et χλόη et βασιλίς et ἁλμυρὸν ἀτραπόν ? Sed dixeris haec universae dictionis tragicae esse non Euripideae propria ? Vix concedam ; verum video mihi, ut id quod contendi probem, ulterius esse progrediendum ; scilicet et argumenta afferre et luculentius exponere opinionem meam debeo. - Equidem non pedisequum Euripidis Ezechielem increpui, non parodum. Non enim

apposito volumine vérsus Euripideos oculis quaerit, quos in suum usum paululum immutatos convertat! Sed veluti quis nostrum, musices artis amator sed proprio ingenio minus fertili, si ad carmen componendum se vertit, inscius nunc hinc nunc illinc frustulum, quod tacita dormiebat memoria, arripit ut in proprio opere apto collocet loco, ita fecit Ezechiel. Non plagiarius ille, non scrinii alieni expilator impudens, attamen eiusmodi poeta, qui, potius memoria fideli quam ingenio feraci donatus, aliena venditaret cum sua promere forsitan sibi videretur. Sed quod dixi argumentis stabiliendum est. Quod ea ratione facere cogor, qua minime Girardio me placere et scio et doleo. Cum enim ego similitudinis probandae causa paucos quosdam versus Euripideos et Ezechelianos iuxta posuissem, indignatus is exclamavit (p. 47 n.): «mi sembra in vero ridicolo voler stabilire una derivazione in frasi come *ecc.*» - in quibus hoc tamen leve viri docti est peccatum quod de stabilienda *derivatione* me agere finxit. - Verumenim vero alia ratione ac comparando familiaris ea consuetudo, quam observavi inter utrumque poetam, demonstrare non potero. Venia igitur mihi petenda est, si viri ad ridendum pronioris maiores cachinnos commoveam aut - quod gravius est - taedium ei afferam. Neque hoc facerem nisi persuasum haberem, aliis lectoribus videri eiusmodi quaestiones argumentando potius quam ridendo esse dirimendas.

Exemplis igitur demonstrabo ita Ezechielem versus suos componere solitum fuisse ut non *propriis verbis* „sed *verborum sonitu* sive initio trimetri, sive medio versu, sive - id quod saepius accidere non mireris - in versus exitu Euripideos revocent numeros, iterent dictionem, reddant colorem, Euripideam prodant originem. Quam argumentationem si omnibus numeris absolvere voluissem, non solum Euripidis fabulae universae eo consilio mihi perlegendae fuerant sed ingenti exemplorum copia vix aliud consecutus essem quam ut et lectores taedio enecarem et memetipsum. Potiora, quae dum pervolvo fabulas Euripidis - est autem acceptissimus mihi - in mentem incurrebant, adno-

tavi et hic subiciam nulla commentatione addita. Ut par est, eos tantum versus compono in quibus verba similia apud utrumque poetam easdem occupant versuum sedes.

a) *initio versuum:*

Ez. *vs.* 30 ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε	Eur. *Ion.* 800 ὄνομα δὲ ποῖον ὀνομάζει
36 ἕως μὲν οὖν	*Hec.* 16 ἕως μὲν οὖν
37 τροφαῖσι	» 20 τροφαῖσι
39 ἐπεὶ δὲ	» 21 ἐπεὶ δὲ
39 ἐπεὶ δὲ πλήρης	*Or.* 884 ἐπεὶ δὲ πλήρης
48 τῇ 'παύριον	*Alc.* 784 τὴν αὔριον
59 ὁρῶ δὲ ταύτας	*Bacch.* 7 ὁρῶ δὲ μητρὸς
	» 680 ὁρῶ δὲ θιάσους
	Suppl. 653 ὁρῶ δὲ φῦλα
90 ἔα τί μοι σημεῖον	*Herc. f.* 525 ἔα τί χρῆμα
92 ἄφνω βάτος μὲν	*Med.* 1205 ἄφνω παρελθών
96 ἐπίσχες ὦ φέριστε	*Ion.* 1320 ἐπίσχες ὦ παῖ
	Hel. 1642 ἐπίσχες ὀργάς (*cf. Phaedr.* 568 *El.* 768 *al.*)
109 ἀλλ' ἕρπε καὶ	*Iph. T.* 699 ἀλλ' ἕρπε καὶ (*cf. Andr.* 432 *Hec.* 1029)
123 δράκων γὰρ ἔσται	*Bacch.* 1330 δράκων γενήσῃ
127 μηδὲν φοβηθῇς	*Andr.* 994 μηδὲν φοβηθῇς
157 διχομηνίᾳ	*Or.* 890 διχόμυθα
167 ὅταν δ' ἐς	*Iph. T.* 700 ὅταν δ' ἐς
229 ὥρουσαν ὠκεῖς	*Herc. f.* 972 ὥρουον ἄλλος
231 κατ' ἴχνος αὐτῶν	*Troad.* 1003 κατ' ἴχνος ἦν δὲ
232 βοηδρομοῦντες	*Or.* 1356 βοηδρομήσας

b) *in altera sede:*

Ez, *vs.* 34 ἅπαντα μυθεύσασα	*Herc. f.* 77 λόγοισι μυθεύσασα
35 γένος πατρῷον	*Hec.* 26 ξένος πατρῷος
	Phoen. 366 τείχη πατρῷα
44 ἰδὼν δ' ἐρήμους	*Med.* 604 ἐγὼ δ' ἔρημος
	» 513 φίλων ἔρημος
63 εἷς καὶ τύραννος	*Suppl.* 399 τίς γῆς τύραννος.
	Troad. 474 ἡ μὲν τύραννος
78 καὶ ἔνερθε γαίας	*Phoen.* 505 καὶ γῆς ἔνερθε
83 ὦ ξένε καλόν σοι	*Bacch.* 330 ὦ παῖ καλῶς σοι
100 θάρσησον ὦ παῖ	*Hipp.* 603 σίγησον ὦ παῖ
	» 521 ἔασον ὦ παῖ
101 ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν	*Ion.* 1557 ὃς ἐς μὲν ὄψιν
	Andr. 685 εἰ δ' ἐς πρόσοψιν τῆς ἐμῆς
102 θνητὸν γεγῶτα	*Iph. T.* 687 φίλον γεγῶτα
	Ion. 1535 αὐτοῦ γεγῶτα

103 ἐμῶν ἀκούειν	*Suppl.* 99 ἡμῶν δ' ἀκούειν
	Herc. f. 229 γνώμης ἄκουσον
122 ῥῖψον πρὸς οὖδας	*Bacch.* 112 πίπτει πρὸς οὖδας
	Herc. f. 956 κλιθεὶς ἐς οὖδας
	Med. 1195 πίπτει δ' ἐπ' οὖδας
130 ἰδοὺ τὸ ταχθέν	*Troad.* 264 τύμβῳ τέτακται
146 ἅπαντ' ἀναλώσουσι	*Or.* 1165 ἵν' ἀνταναλώσω μέν

c) *in medio versu, sive ante caesuram sive statim post:*

Ez. *vs.* 1 γῆν λιπὼν Χαναναίαν	*Med.* 70 γῆς ἐλᾶν Κορινθίας
	» 687 γῆς ἄναξ Τροιζηνίας
16 κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι	» 787 κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ
40 οἰκῶν βασιλικῶν	» 960 δῶμα βασιλικόν
76 ἐκ θρόνων χωρίζεται	» 1163 ἐκ θρόνου διέρχεται
93 ἐσήμηνεν θεός	*Ion.* 945 σημαίνω κακὰ *(cf. Hipp. 1306, Hec. 999, Andr. 265)*
85 ἐξαναστήσεις θρόνον	*Suppl.* 1198 ἐξαναστήσεις βάθρα
	Med. 1212 ἐξαναστῆσαι δέμας
	» 1215 ἐξαναστῆσαι γόνυ
106 καὶ ἔτ' ἐμῶν δωρημάτων	*Hipp.* 1170 τῶν ἐμῶν κατευγμάτων
122 ἀποχώρησον τάχος	*Iph. T.* 265 κἀπεχώρησεν πάλιν
	Ar. Ach. 456 *(in parod. Eur.)* ἀποχώρησον δόμων
147 τέκν' ἀποκτενῶ βροτῶν	*Med.* 793 τέκνα γὰρ κτενῶ τἀμά
232 ἁρμάτων δ' ἄφνω τροχοί	*Suppl.* 662 ἁρμάτων δ' ὀχήματα
233 δέσμιοι δ' ὡς ἥρμοσαν	*Bacch.* 355 δέσμιον πορεύσατε

d) *in sede quinta:*

Ez. *vs.* 11 σφῶν ἕκατι δυσμόρων	*Hel.* 970 τῆσδ' ἕκατι σώματα
29 ἀποδώσω σέθεν	*El.* 912 ἀποδώσω δέ σοι
70 γενναῖόν τινα	*El.* 26 γενναίῳ τέκοι
	Or. 1157 γενναίου φίλου
	Hel. 1376 γενναίαν χέρα
103 ὧν ἕκατ' ἐλήλυθα	*Heracl.* 37 ὧν ἕκατι τέρμονας
135 ἐμβαλῶ χθονί	*Med.* 1357 ἐκβαλεῖν χθονός
168 ψαῦσαι θύρας	*Phoen.* 82 ψαῦσαι δορός
	Andr. 249 ψαῦσαι κακῶν
	Or. 369 ψαύω χθονός
	Or. 1567 ψαύσῃς χερί
	Hipp. 14 ψαύει γάμων

e) *in versus exitu:*

Ez. *vs.* 5 πολὺν ἐμηχανήσατο	*Andr.* 549 ἄκριτα μηχανώμενοι
	Phoen. 1613 ταῦτ' ἐμηχανησάμην (cf. *Hipp. 331, Andr. 549)*
19 ἅβραις ὁμοῦ	*Bacch.* 18 βαρβάροις ὁμοῦ
27 καὶ 'λάβεν μ' ἐς ἀγκάλας	*Andr.* 190 λαμβάνουσ' ἐς ἀγκάλας
	Ion. 1598 ἁρπάσαντ' ἐς ἀγκάλας

29 ἀποδώσω σέθεν	*Med.* 1374 ἐχθαίρων σέθεν
	Hec. 1003 σημῆναι σέθεν
	El. 974 τιμωρῶν σέθεν
30 ὅτου χάριν	*Or.* 95 τίνος χάριν
35 θεοῦ δωρήματα	*Med.* 1188 τέκνων δωρήματα
	Herc. f. 612 θεᾶς δωρήματα
50 ἀσθενέστερον σέθεν	*Bacch.* 505 κυριώτερος σέθεν
67 ἔδωκεν εὐνέτιν	*Andr.* 908 ξυνευνέτιν
76 ἐκ θρόνων χώριζεται	*Hec.* 52 ἐκποδὼν χωρήσομαι
95 πίστιν ἀνθρώποις φέρει	*Hipp.* 329 ἐμοὶ τίμην φέρει
101 τὴν ἐμὴν ἀμήχανον	*Or.* 635 τῆς τύχης ἀμηχανῶ
	Heracl. 464 ἀλλ' ἀμήχανον
105 ἕξει νεκρόν	*Troad.* 91 ἕξουσιν νεκρῷ
109 σήμαινε τοῖς ἐμοῖς λόγοις	*Phoen.* 613 τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ
119 ὃ δὲ λαβὼν σέθεν πάρα	*Or.* 643 πατρὸς ἐμοῦ λαβὼν πάρα
120 λέξον τάχος	*Andr.* 1069 ὅσον τάχος
124 δέσποθ' ἵλεως γενοῦ	*Iph. T.* 271 δέσποτα Παλαῖμον ἵλεως ἡμῖν γενοῦ
149 πείσετ' οὐδὲν ὧν λέγω	*Hel.* 446 πείθει γὰρ οὐδὲν ὧν λέγω
162 δώσω χάριν	*Troad.* 913 δώσω χάριν
197 ἐκτεταγμένων ὄχλος	*Herc. f.* 976 οἰκετῶν δ' ὄχλος
231 εἰσεκύρσαμεν	*Suppl.* 1173 ὧν ἐκύρσατε
235 ὡς μὲν εἰκάζειν παρῆν	*Bacch.* 1077 οὐκέτ' εἰσορᾶν παρῆν
242 στρατὸν διώλεσε	*Troad.* 46 σὲ μὴ διώλεσε
244 εὐναεῖ νάπῃ	*Bacch.* 1084 ὕλιμος νάπη
	» 1093 χειμαρροῦ νάπης
264 ἐκπρεπεστάτην	*Troad.* 987 ἐκπρεπέστατος

§ 3. — Quaeritur quid in Ezechielis poemate significet ὁ θεῖος λόγος.

Versuum Euripideorum Ezechelianorumque comparatio quam supra lectori proposui indicare potest, quatenus exemplum poetae Attici Judaeus poeta secutus sit. Versus enim comparatos si consulas apparebit in extrema, quae de Phoenice agit, parte longe minimas occurrere artis Atticae imitationes - cuius rei causas explicare in praesens omitto - ceteris vero tragoediae partibus in deliciis quidem habere Ezechielem artem Euripidis sed vix tantopere illi amori eum indulgere, ut prae elegantiis Attici sermonis verba sacrae scripturae neglegat. Quin, Exodi scriptorem religiosa colit observantia, et sicubi verba eius certa de

causa mutare cogitur, a sententia libri sacri vel leniter deflectere veretur.

Tenendum hoc praesertim est in interpretatione eius fragmenti quo egit poeta de colloquio a Moyse ad rubum ardentem cum Deo habito. Verba verbis componamus Exod. III. 1. Καὶ Μωυσῆς ἦν ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰόθορ [1] τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ τοῦ ἱερέως Μαδιάμ, καὶ ἤγαγε τὰ πρόβατα ὑπὸ τὴν ἔρημον· καὶ ἦλθεν εἰς τὸ ὄρος Χωρήβ, ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ τοῦ βάτου καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί, ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο.

Haec cum in scena tamquam praesentem se videre narraret Moyses dicere potuit: « βάτος καίεται πολλῷ πυρί, αὐτοῦ δὲ χλωρὸν πᾶν μένει τὸ βλαστάνον », sed addere non potuit se videre ἄγγελον κυρίου, ignorat enim miraculi naturam et propter id ipsum exclamat « ἔα, τί μοι σημεῖον ἐκ βάτου τόδε τεράστιον τε καὶ βροτοῖς ἀπιστία; ». Verum poetae, si quid aliud, necesse erat indicare spectatori, sive mavis lectori, *angelum* Dei fuisse qui cum Moyse colloqueretur, *non* Deum Jehova propria persona in ardentem descendisse rubum. Adiecit itaque post vs. 96 (ἐπίσχες ὦ φέριστε, μὴ προσεγγίσῃς, Μωσῆ, πρὶν ἢ τῶν σῶν ποδῶν λῦσαι δέσιν, ἁγία γάρ ἡ γῆ ἐφ' ἧς ἐφέστηκας πέλει, quae accurate reddunt verba Exodi § 5): « ὁ δ' ἐκ βάτου σοι θεῖος ἐκλάμπει λόγος ». In hisce verbis λόγον significare δύναμιν vel ἄγγελον mihi quidem persuasissimum est, sed idem praefracte negat Girardius. cuius verba κατὰ λέξιν referre quaestionis gravitas non solum sinit sed iubet. Scribit itaque is p. 11 n. 1: La parafrasi di Onkelos nell'intento di rimuovere dai libri sacri ogni espressione che sapesse di antropomorfismo usa spesso attribuire alla Parola divina ciò che nell' originale è attribuito a Dio. Ma il θεῖος λόγος del nostro v. 99 non solo non ha a che vedere con quest' uso, ma neanche, a parer mio, è da ricongiungersi

[1] Minus accurate de rege Jothor (Rheguel) Girardius p. 24 adnotat: « Ezechielo chiama sempre Raguele il suocero di Mosè », nam de Eusebio tantummodo vel de Alexandro Polyhistore valere haec observatio potest, quoniam in ipsis Ezechielis versibus, qui superstites sint, nec nomen Rheguel nec Jothor nec Jethro occurrit. Quod quonam consilio moneam, infra apparebit.

col λόγος dei filosofi giudaico - alessandrini, come crede il Kuiper (*comm.* al v. 99). La frase θεῖος λόγος per se non ha niente di nuovo: nessuno vorrà pensare al λόγος dei filosofi davanti alla frase commune nei profeti «e fu la parola di Dio al lui dicendo». «Sequuntur post haec alia quae mox referam; praestat enim ad duas res quae hisce monuit vir doctissimus paucis attendere. Primum enim non satis accurate distinxit Girardius: θεοῦ λόγος et praesertim θεοῦ ῥῆμα vulgata erant et cognita omnibus sacrae scripturae lectoribus, sed θεῖος λόγος (quamquam potest significare verbum divinum i. e. a deo pronuntiatum) sane «habebat aliquid novi». Verum ut hoc mittam, adeone certum est quod contendit Girardius, *neminem* cum audiat commune illud omnibus prophetis «καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς τὸν δεῖνα etc.» cogitare *velle* de λόγῳ philosophorum? Fateor me in commentatorum theologicorum doctrinis magis quam in ipsa sacra scriptura esse hospitem, neque, opinor, attinet quaerere, quid *hodierni* theologi de «verbo dei ad prophetas facto» censeant. Sed gratum nobis accideret si disquirere possemus, quo modo Judaei *antiqui*, Ezechielve cum aequalibus, sibi finxerint Deum immortalem cum mortali homine colloqui solere. Nec prorsus fortasse id nescire necesse est. Videsis, qua ratione Eupolemus - quem scriptorem haud multum aetate distare ab Ezechiele certum videtur - verba sacri libri acceperit. Legerat ille 2 Samuel. (βασ. β'.) 7.4: «καὶ ἐγένετο τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς Νάθαν λέγων (neglegi non oportet participii masculinam formam): πορεύου καὶ εἰπὸν πρὸς τὸν δοῦλόν μου Δαυίδ. Τάδε λέγει κύριος· οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον τοῦ κατοικῆσαί με κ. τ. λ.» quae cum legisset Eupolemus ita refinxit (Euseb. Praep. Ev. IX 30 p. 447 c) «Βουλόμενόν τε τὸν Δαβὶδ οἰκοδομῆσαι ἱερὸν τῷ Θεῷ ἀξιοῦν τὸν Θεὸν τόπον αὐτῷ δεῖξαι τοῦ θυσιαστηρίου· ἔνθα δὴ ἄγγελον αὐτῷ ὀφθῆναι ἑστῶτα ἐπάνω τοῦ τόπου, οὗ τὸν βωμὸν ἱδρῦσθαι ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ κελεύειν αὐτὸν μὴ ἱδρῦσθαι τὸ ἱερὸν, διὰ τὸ αἵματι ἀνθρωπίνῳ πεφύρθαι καὶ πολλὰ ἔτη πεπολεμηκέναι. εἶναι δ' αὐτῷ ὄνομα Διαναθάν». Ecce, quam insigni mutatione Eupolemus in brevius contraxit prolixam narrationem libri Sa-

muelis! Ut regem David augeat dignitate, removet personam prophetae, quo propius accedat ad Deum rex. Immo vero non removet sed mutat indole: qui fuerat propheta ad quem Dei ῥῆμα γίγνεσθαι potuit, is nunc ἄγγελος factus est inter summum Deum ac mortalem hominum interpositus. Credebatne igitur ante quam ἄγγελος ὤφθη a rege «ῥῆμα γενέσθαι Διὸς πρὸς τὸν ἄγγελον?» Vix puto, nam ecce nomen quoque τοῦ Νάθαν mutavit, vel potius pleniore reddidit forma Διαναθάν, alludens fortasse ad Hebraicum Jonathan (Theodorum) sed, Graecis lectoribus cum scriberet, Δία ἀθάνατον simul significans, quo appareret ἄγγελον illum summam esse «Potestatem», a Deo proximam.

Similes cogitationes de Dei summi ministris vicariis Ezechielem animo volutasse, eo magis mihi verisimile videtur, quoniam in Exodo quoque, cum de Deo ad Moysen verba faciente agitur, ambiguitas quaedam inest verborum, inde nata quod scriptor, quamquam revera negans fieri posse ut Deum videat homo nec occaecetur, tamen saepe angeli mentionem omittit. Ita c. 3. 2 dixerat accuratius «ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἐν πυρὶ φλογός», sed sequenti paragrapho «ἐκάλεσεν αὐτὸν κύριος ἐκ τοῦ βάτου.» Quin etiam habet c. 33. 4 «καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωυσῆν ἐνώπιος ἐνωπίῳ ὡς εἴ τις λαλήσαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον».

Verum attuli hucusque tantum ea verba quibus Girardius reiciendam esse meam huius versus interpretationem pronuntiavit. Addenda est ipsius viri docti explicatio. Pergit enim: «Ciò che può far supporre una personificazione e il verbo annesso a quella frase (ἐκλάμπει). Ma, oltre che così l'intera espressione acquista più grazia e si adatta bene ad una voce che esce dalle fiamme, credo che il confronto con Es. III, 2 ci rende ragione di questa frase. Ivi è detto che dal rovo ὤφθη αὐτῷ (a Mosè) ἄγγελος κυρίου» (ita, sed additur ἐν πυρὶ φλογός et id ipsum ὤφθη ἐν πυρὶ φλογὸς redditur a poeta verbo λάμπει). «Ora il nostro poeta, pur attenendosi al racconto biblico, non poteva parlare di un angelo apparso a Mosè, perchè egli esprime colle parole di Dio stesso il concetto di Es. III, 2; perciò all' ἄγγελος sostituisce il λόγος, anticipando così un' idea che sarà espressa

subito dopo: ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον.... τῶν λόγων δ' ἔξεστί σοι ἐμῶν ἀκούειν, ὧν ἕκατ' ἐλήλυθα: « poichè io non ti posso apparire personalmente, ti si manifesterà la mia parola » cfr. anche il v. 109 ».

Etiamsi minus firmiter persuasum haberem voci λόγος apud nostrum revera « Potestatis » inesse vim, haec Girardii interpretatio a vero aberrare mihi videretur. Nam ut mittam, quod parum fidelem agere sacri libri interpretem poeta videatur qui eo modo « pro angelo substituat λόγον » quo evanescat omnis τοῦ ἀγγέλου notitia, alia in Girardii argumentatione supersunt quae - quod cum pace viri docti dictum sit - haud leviter offendunt. « Si manifesterà la mia parola », ita versum vertit Girardius. Sed ἐκλάμπει scripsit Ezechiel, non ἐκλάμψει! At fac futurum eum adhibuisse vel « praesens pro futuro ». Quid sequitur? Dixisse fere putandus erit « ἀκουσθήσεταί σοι ἐκ τῆσδε τῆς καιομένης βάτου τὸ ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένον, τὸ μὲν γὰρ πρόσωπον τοὐμὸν ἰδεῖν ἀδύνατον σοὶ, τῶν δὲ λόγων ἀκούειν ἔξεστι ». Quam misera ταὐτολογίᾳ laborabit poeta ita locutus! Tandem, nonne Girardius, cum allegat lectorem ad vs. 109 (τοῖς ἐμοῖς λόγοις) nimis neglegit et versu 102 et 109 *pluralem* λόγους adhiberi, quod sine controversia omnes « τὰ εἰρημένα » interpretantur?

Restat ut demonstrem, eam λόγου tamquam δυνάμεως sive ἀγγέλου significationem, quam ego versui 99 vindicare velim, a doctrina Judaica istius, qua vixit Ezechiel, aetatis non alienam esse.

Iam iis temporibus, quibus sacra scriptura primum Graece legentibus hominibus in versione septuaginta virorum tradita est, aliquantum valebat apud Iudaeos ea opinio, quae per temporis lapsum magis magisque firmiter inhaerescere hominum mentibus deinde coepit: Deum humanis oculis conspici non posse. Mutatae paullatim in hac re opinionis vestigia per hebraicorum graecorumque librorum comparationem sedulo perscrutati sunt nostrae aetatis scriptores ad quorum studia referre lectorem mihi quidem liceat. Daehnium et Drummondum si nominavero sufficiet, praesertim vero memorare iuvat librum et doctissimum et cum de re abstrusa agat luculentissimum quem anno 1890

Parisiis in lucem emisit HENRICUS BOIS (Essai sur les origines de la philosophie judéo-alexandrine) cuius accuratissimis studiis perlectis vix possis dubitare, quin ipsi LXXviri operam iam dederint, ut in versione sua notionem Dei « transcendentis » disertius quam in textu hebraico factum erat significarent. Et profecto, nonne eiusmodi consilio ducti esse putandi sunt, cum Exod. XXIV, 9-10, ubi textus Hebraicus narrabat Moysen et Aaronem « cum adscendissent montem conspexisse Deum Israel », ita Graece rem miram enarrarent: καὶ « εἶδον τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ · ? » Consulto haec, non casu mutata sunt, ut docent verba statim subiecta quae conveniunt hebraicis, sed vix Graecis τὸν τόπον: καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡσεὶ ἔργον πλίνθου σαπφείρου ». An alia ratio est, ut unum exemplum addam, in libri Josuae capite IV, 24: « ut omnes gentes terrae agnoscant *manum* Dei ? » Ibi enim iidem scriptores, quibus Deo *pedes* tribuere in libri Exodi versione religioni non fuisset, offensi esse videntur anthropomorphismo ; nam Graece ita locum reddiderunt : « ὅπως γνῶσι πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Κυρίου ἰσχυρά ἐστιν ». Longum est, et ab hoc loco alienum, accurate persequi, quanam via Judaeorum theologumena ex hisce initiis pervenerint ad eam sapientiam, qua tandem Philo omnem Dei Jahveh imaginem ab humanis oculis sejungendam curavit. Semina doctrinae Philoneae inesse in Judaeorum libris diu ante Philonem conscriptis hodie vix quisquam ignorat. Quid ? Nonne ipse fere Philo ille, homo doctrina abstrusa sed alta tamen et grata, vocem edere tibi videtur, cum audias Ecclesiastici proemium, quale tradidit illud versio Graeca Siracidae Minoris : « πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίου καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα..... προτέρα πάντων ἔκτισται σοφία... ῥίζα σοφίας τίνι ἐκαλύφθη ; ... αὐτὸς ἔκτισεν αὐτήν ». Tam hic quam per capita sequentia modo cum Dei persona consociatur Sapientia illa, modo ab ea dissolvitur et intermediae Potestatis vice plane fungitur. Is enim scriptor qui Sapientiam Dei ad instar aeternam dixerat et exclamaverat « σοφίαν τίς ἐξιχνιάσει ; » diserte a summo numine eandem distinguit in capitis XXIV prae-

claro elogio. Parum mehercle abest σοφία qualis illic describitur a Logo Philonis; sed ne ab Ezechielis quidem interpretatione Exodi longe remota est. Audite enim apud Siracidam Sapientiam de se praedicantem (XXIV. 3): « ἐγὼ ἀπὸ στόματος ὑψίστου ἐξῆλθον » (quid? quae Sapientia *ex ore* Domini procedit nonne fere λόγον eam nuncupes?) ... ἐγὼ ἐν ὑψηλοῖς κατεσκήνωσα καὶ ὁ θρόνος μου ἐν στύλῳ νεφέλης », et haec confertote cum στύλῳ νεφώδει illo Ezechielis; in hac enim columna adesse τὸν ἄγγελον et diserte dixerat liber Exodi neque ignorabat poeta in cuius tragoedia vs. 234 testificatur Aegyptius ille sive fugitivus sive captivus (¹): « ὡς μὲν εἰκάζειν, παρῆν αὐτοῖς ἀρωγὸς ὁ θεός ». Nonne illi quoque angelus dei igni ardenti amictus mortalium oculis conspici posse videtur, cum tamen Dei ὄψιν ἰδεῖν ἀμήχανον sit θνητὸν γεγῶτα?

At hisce omnibus nondum demonstratur Ezechielem etiamsi δύναμίν τινα inter Deum hominesque mediam posuerit (veluti vs. 159 δεινὸν ἄγγελον vocat quem 157 θάνατον dixit cum tamen legisset Exod. XII, 13 καὶ ἔσται τὸ αἷμα ὑμῖν ἐν σημείῳ ἐπὶ τῶν οἰκιῶν ἐν αἷς ὑμεῖς ἐστὲ ἐκεῖ· καί ὄψομαι τὸ αἷμα καὶ σκεπάσω ὑμᾶς) - hanc potestatem, summi Dei vicarium illum, iam λόγον nuncupasse! Minime id me latet. Profecto, si mathematicis id rationibus demonstrare potuissem, non reticuissem illa argumenta. Sed nonne nimium expectet qui in huius Judaicae theologiae crepusculo diem speret, qui, ut ita dicam ex his tenebris sibi « θεῖον ἐκλάμπειν λόγον » tam clara luce poscat, ut dubitandi locus iam non supersit? Demonstrari logice ac syllogistice talia vix unquam poterunt; quid autem mihi quidem fere ultimum eximat dubium indicabo; et fortasse ut mihi ita lectoribus persuadebit. Girardium autem si permovere possem, ut mecum in hac re faceret, quantum gauderem!

(¹) Conf. de huius hominis vice Girardium p. 23, 25, 28, 36 et me p. 269. Utrum nuntium hominem dicamus an captivum, id pendet ex opinione nostra universa de dramatii oeconomia, qua in re toto caelo distat a mea sententia iudicium Girardii. Hoc tantum moneo, secundum Exodi narrationem ne nuntium quidem relictum esse (cap. XIV, 29) et praeterea nuntio vix opus fuisse Pharaoni, adfuisse enim eum ad maris litus (ibid. 10). Utrum rex cum copiis perierit necne, diserte non indicat Exodi auctor.

Doctrinam de Sapientia, quae ipsius sit Dei vicaria potestas, in Siracidae libro sublucide modo conspici vidimus ; sed eam multo planiorem in libro Sapientiae Salomonis invenimus qui scriptor primus, ut videtur, divinae sapientiae personam propriamque vim talem finxit, ut eius sapientiae ministerio notitia de Deo universa hominibus donaretur quippe quam ex rerum natura parum manifestam reciperent. Is c. IX, 1 hisce Salomonem precibus adeuntem facit Deum : « Θεὲ πατέρων καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους σου, ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐ ν λ ό γ ῳ σου, καὶ τῇ σοφίᾳ, σου κατασκευάσας τὸν ἄνθρωπον.... et eam sapientiam a Deo facit petentem regem quae ab initio cum Deo erat : « καὶ μετὰ σοῦ ἡ εἰδυῖα τὰ ἔργα σου καὶ π α ρ ο ῦ σ α ὅ τ ε ἐ π ο ί ε ι ς τ ὸ ν κ ό σ μ ο ν καὶ ἐπισταμένη τί ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου etc. (vs. 9). Eam profecto sapientiam et λόγον esse credit et πνεῦμα ἱερὸν. Nam vs. 13 ita pergit : « τίς γάρ ἄνθρωπος γνώσεται βουλὴν θεοῦ ; ἢ τίς ἐνθυμηθήσεται ; . . . . βουλὴν δὲ σοῦ τίς ἔγνω, εἰ μὴ σὺ ἔδωκας σοφίαν καὶ ἔπεμψας τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστων ; » Haec esse scripta aliquanto post Ezechielis aetatem non ignoro, sed etiamsi inter utriusque scriptoris vitas hominis aetas tota vel amplius intersit, dignum tamen est, ad quod animos attendamus, saeculo ante Christum primo eam inter Judaeos floruisse doctrinam quam libro suo praedicat Salomo ille quisquis fuit. Quod si teneamus non subito nasci sed sensim crescere placita eiusmodi, non temerarium videbitur componere cum versibus Ezechielis 101, et 220 sqq. caput Sapientiae XVIII, 1 : « τοῖς δὲ ὁσίοις σου μέγιστον ἦν φῶς, ὧν φ ω ν ὴ ν μ ὲ ν ἀ κ ο ύ ο ν τ ε ς μ ο ρ φ ὴ ν δ ὲ ο ὐ χ ὁ ρ ῶ ν τ ε ς, ὅτι μὲν οὖν κἀκεῖνοι ἐπεπόνθεισαν ἐμακάριζον, ὅτι δὲ οὐ βλάπτουσι προηδικημένοι εὐχαριστοῦσιν, καὶ τοῦ διενεχθῆναι χάριν ἐδέοντο . ἀνθ᾽ ὧν πυριφλεγῆ στῦλον, ὁδηγὸν μὲν ἀγνώστου ὁδοιπορίας, ἥλιον δὲ ἀβλαβῆ φιλοτίμου ξενιτείας παρέσχες ». Hunc autem στῦλον πυριφλεγῆ et λόγον unum eundemque esse Dei ministrum summum, et aliis locis indicavit Salomo et praesertim hisce duobus : XVIII, 15 (ubi sermo est de mortibus primogenitorum) « ὁ παντοδύναμός σου λόγος ἀπ᾽ οὐρανῶν ἐκ θρόνων βασιλείων ἀπότομος πολεμιστὴς εἰς μέσον τῆς ὀλεθρίας ἥλατο γῆς », et X. vs. 15 αὕτη (i. e. Sa-

pientia Θεοῦ πάρεδρος) λαὸν ὅσιον καὶ σπέρμα ἄμεμπτον ἐρρύσατο ἐξ ἔθνους θλιβόντων. εἰσῆλθεν εἰς ψυχὴν θεράποντος κυρίου καὶ ἀντέστη βασιλεῦσι φοβεροῖς ἐν τέρασι καὶ σημείοις. ἀπέδωκεν ὁσίοις μισθὸν κόπων αὐτῶν, ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ὁδῷ θαυμαστῇ καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς σκέπην ἡμέρας καὶ εἰς φλόγα ἄστρων τὴν νύκτα ».

Tales doctrinas cum apud Judaeos Alexandrinos Palaestinensesque florere videmus temporibus Siracidae ac ps - Salomonis, nonne adducimur, ut Ezechielis λόγον eiusdem sapientiae indicia proferre credamus ?

§ 4. — De Libya patria Rhaguelis ac de eius regis familia.

Ex caelo in terras descendens oratio mea vix pollicetur certiora se prolaturam quam de persona τοῦ θείου λόγου praedicare licebat. Dicendum enim est de Libya ; idque breviter nam et ipse abundanter de Sepphorae patria ea quae Λιβύη κλῄζεται, inhabitatur ab Aethiopibus nigris, sitaque est in Arabia, disputavi (Mnem. p. 277 sqq.) et Girardius haud pauca addidit p. 16 et 17. Ne vero disputatione de laxis terminis geographicis diutius quam necesse sit detineam lectores, hoc tantum moneo : Ezechielem - sive Alexandrinum, quod est Girardii iudicium, sive Palaestinensem, ut ego potius credam - cum dicat Rhaguelem incolere Libyam ab Aethiopibus inhabitatam *unum* errorem committere at eum satis memorabilem. Non enim error poetae dicendus erat - neque ego hoc perhibui - quod Aethiopes terram Midianitarum incolere credebat. Aethiopes enim et a sacris et a profanis scriptoribus tam in extrema oriente quam in Arabia atque in Africa collocantur (cf. e. g. Herod. VII, 70), itaque non ut apud Homerum δίχθα δεδαίαται, sed τρίχθα ; et in sacra quidem sciptura non tantum Gen. X. 6 cogitari videtur de Arabia cum memoratur Κοῦς (i. e. Aethiops) sed ipsa quoque Zepphora, nisi omnia fallunt, Αἰθιόπισσα dicitur Num. XII, 1 ; convenit autem haud male cum ceterorum scriptorum geographorum historicorumque ea denominatio regionis Madiam. Sed hoc plane novum est inauditumque quod noster eam ter-

ram *Libyam* dicit. Neque eum errorem affatim explanari dixerim a Girardio qui Ezechielem potius excuset quam defendat his verbis (p. 18): «E se Αἰθίοπες potevano dirsi gli abitanti di Madiam, nessuna maraviglia che il poeta comprenda anche questi sotto il nome di Libî, ricongiungendoli cogli abitanti delle terre a mezzogiorno dell' Egitto. Alla mente di Ezechielo, che aveva probabilmente studiato più i poeti greci che i geografi Allessandrini, la Libia dovea presentarsi come una regione non ben definita, il cui nome si ricollegava più al mito che alla storia. Eschilo avea cantato Λιβύη μεγίστης ὄνομα γῆς καρπουπένη (*Suppl.* v. 316) e il Nostro ci viene a dire che Libia si chiama ἡ γῆ πᾶσα e che la abitano φῦλα παντοίων γενῶν».

Apparet itaque, Girardio haud minus quam mihi Ezechielem errasse videri. Hoc tantum inter nos discrimen est, quod Girardius levem putat errorem et ex neglegenti quadam lectione poetarum Graecorum ortum, ego vero et ex alia origine explicandum et si excusandum non tamen nihili ducendum illud vitium censeo.

Et primum quidem moneo hominem «magis in poetis Graecis versatum quam in geographis Alexandrinis», in Graecis sive scriptoribus sive poetis non facile aliquid inventurum fuisse quod eum induceret, ut regionem Arabiae diceret Libyam. Chartae parcentem tacere praestat de Herodoto, qui, cum Libya modo ei Africa tota sit modo pars Africae, disertam et de priore notione II, 17 et de altera II, 32 profert explicationem, ab *Arabia* autem plane dirimit Libyam (cf. II, 8 et 15) sicuti ab Asia III, 96; IV, 41. Et ita semper quoque poetae. Aeschylum adduxit Girardius quo defenderet Ezechielem; verum Libya illa quae μεγίστης ὄνομα γῆς καρποῦται non terra sed heroina est (ut ex praecedentibus sequentibusque versibus apparet); eponyma ea erat Libyae occidentalis (cf. Pind. Pyth. IX, 55 et Pyth. IV passim); terram autem cum Libyam dicit Aeschylus easdem semper quas Herodotus cogitat regiones (cf. Aesch. *Eum.* 292; *Suppl.* 279). Rem notam illustrari exemplis nemo cupit. Tacebo itaque de Euripide ac Sophocle - quamquam ex hoc quoque Ezechiel, licet minus

fideliter eum legerit quam Medeae poetam, hic illic flosculum arripit noster, ut ipso versu de quo agimus Sophocleum versum celebratissimum aemulatur ex Oed. Rege 733 Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται. - Homerum autem in quaestione geographica testem citare vererer, nisi ad eos Odysseae versus quibus de Libya agit ille (*Od.* IV. 83 sqq.):

Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
Αἰθιόπας θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς
καὶ Λιβύην,

scholium superstes esset eo titulo mihi memorabile, quod eius scholii auctor, unus - quantum ego scio - inter scriptores graecos simili ac Ezechiel locorum confusione laborat: « πῶς », sic rogat scholiastes ille nescio quis, « πῶς δέ φησι Σιδονίους καὶ Ἐρεμνοὺς καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ τὴν Λιβύην; αἱ γὰρ λεχθεῖσαι χῶραι τῆς Λιβύης εἰσίν (1).

Scholiastae Ambrosiani errorem indicare volui, originem erroris indagari nunc quidem patientia lectorum non sinit. Quod autem ad Ezechielem attinet, facilior res est. Jam paucis indicavi cognitum habuisse eum ex ipsa sacra scriptura, Midianitarum regionem iure Αἰθιοπίδα γῆν dici posse. Hanc terram non nimis longe abesse ab ea Libya de qua mire diversa ei narrarent auctores, facile credidit, cum videret quae de Libya atque Arabia narrarent scriptores Judaei (vide Mnem. p. 275 sg.) simul meminisset in libris sacris incolas Libyae cum Aethiopibus non numquam conjunctim memorari.

Sed ne hoc quidem sufficit. Quare enim Libyam dixit *Sepphora* terram suam? Nam etiam si credidisset Ezechiel partem mundi ad quam simul et Aegyptus et Midiam pertineret Λιβύην dici posse ut τῇ Εὐρώπῃ καὶ τῇ Ἀσίᾳ opponeretur, vix opinor mulierem Arabicam cum Aegyptiaco viro, qui itaque eiusdem Libyae esset incola, ita colloquentem induxisset: « Libya est haec terra tota ». Credidit profecto Ezechiel Libyen illam tantum non conterminam esse

(1) Erembos enim Arameos esse nonnulli putarunt, nunc quidem rectius Semiticas gentes in Odysseam introducentes quam cum Ἰάρδανον a Jordano non distare, Solymos Hierosolyma inhabitare perhiberent.

regioni Midianitarum, quin non procul a vero aberraturum esse eum qui eodem nomine utramque regionem complecteretur, si hoc placeret. Et placebat profecto, neque latet qua re. De Moysis historia praeter ea quae in sacris libris exposita erant, permulta ac varia iam Ezechielis temporibus circumferebantur, pleraque quidem ad eius honorem augendum excogitata, nonnulla quoque eiusmodi ut non ab omni parte grata fautoribus eius esse possent. Ita duae narrationes servantur a Josepho, una cum Artapano satis accurate conveniens (cf. Euseb. P. E. IX, 27) altera ex ignoto fonte recepta, de Moysis rebus in Aethiopia gestis (Jos. *Antt.* II, 10) Utriusque narrationis pars prior convenit fere; quae discrimina insunt ea, per se quidem non levia, in quaestione quae nos detinet sunt neglegenda. Grave vero est quod de prioribus Moysis nuptiis narratur. Scilicet Moyses secundum auctorem quem sequitur Josephus eo magis regi Aegyptiorum, patri Termouthidos (quae eum infantem adoptaverat) erat perosus quo magis beneficiis imperium eiusdem regis stabiliverat. Itaque ut hominem populo quam sibi acceptiorem e medio tolleret nefastum rex animo concepit consilium. Bellum erat cum Aethiopibus, gente ferocissima et terram incolente anguibus infestatam. Illi bello gerendo praeficere Moysen, ut in mortem tantum non certam eum mitteret, constituit. Sed Moyses, divino auxilio fretus et artibus ingenii usus propriis, Aethiopum invadit regionem, angues terram infestantes artificio fugat, et ad urbem ipsam Sabam (quae postea Meroe dicta est) capiendam procedit. Sed natura loci ita munitum erat oppidum, ut neque arte belli expugnari neque dolo capi posset, et ad inopiam redactus esset Moyses nisi inexpectatissimum ex ipsa urbe ortum esset auxilium. Nempe Θάρβις θυγάτηρ ἦν τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως, quae cum antea audiisset, qualibus rebus gestis inclaruisset Moyses, nunc autem e longinquo conspexisset virum virtute ac forma virili insignem εἰς ἔρωτα δεινὸν ὤλισθεν αὐτοῦ et nuptias suas offerri iubet Moysi. Quas is accepit ea condicione ut urbs sibi traderetur; καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν Αἰθιόπων εὐχαριστήσας τῷ θεῷ συνετέλει τὸν γάμον ὁ Μωυσῆς.

Itaque duas deinceps nuptias iniit Moyses, primum Tharbin ducens, ac deinde Sepphoram? Sic credidit sane Josephus, crediderunt procul dubio et Artapanus et Artapano antiquiores scriptores. Quin hodie quoque inter viros litterarum Hebraicarum peritos scio non deesse qui censeant Num. XII excidisse ex textu qualem nunc habemus narrationem qua appareret non Zepphoram sed longe aliam esse eam Αἰθιόπισσαν, propter quam Mariam et Aaron tantopere succenserent Moysi. Ezechiel autem cum duplices eas nuptias ex sacris libris, graece conscriptis quidem, non accepisset, atque quae a profanis scriptoribus narrarentur reicienda duceret, fecit quod potuit; Meroem urbem Aethiopicam in Libya sitam (en Λιβύη et Αἰθίοπες μέλανες!) transposuit in Arabiam. Quod duas ob causas facillime facere poterat; nam primum sicuti urbi Midianitarum praeerat sacerdos regio imperio ornatus ita, secundum Agatharchidam apud Diodorum (III, 5), ex sacerdotibus sacerdos rex creari solebat apud Aethiopes qui Meroen habitabant; deinde tradebatur, e. g. ab Artapano, urbem Meroen nomen accepisse a Merride quanam (cf. Artap. apud Eus. l.l.) cognitam autem habebat poeta noster Merram in Arabia sitam (Exod. 15, 23) quo devenissent Hebraei statim postquam mare rubrum transgressi essent. Itaque Merram illam a Meroe nihil distare iudicabat, conterminas regiones conflavit, simul utramque Aethiopissam Tharbin et Sepphoram uno nomine coniunxit. Unum modo vestigium antiquae originis novo huic imperio relictum *nomen* fuit *Libya*.

Si cui haec legenti mera somnia narrare videar et tantum non illudere gravitati lectorum, eum obsecro ne statim levitatis temerariae me accuset; sed ante quam me condemnet data opera componat et inter se comparet omnes diversas illas de summis Hebraeorum viris narrationes, praesertim de Abrahamo Josepho Moyse, quas scriptores Judaei et ante Ezechielem et post eum, non tantum in Aegypto sed praesertim in Palestina sive excogitaverunt sine ex variis fontibus collegerunt. Et quod ad Meroen attinet, nonne Antiochenses scriptores Libycam urbem in Syriam transporta-

verunt, cum narrarent Meroën Antiochiorum nomen accepisse a Cambysis uxore, quam Libyae urbi nomen dedisse tradiderunt auctores Alexandrini (cf. Liban. p. 342 *Morell.* cum Jos. l.l.)?

Hic subsisterem - nam vereor ex incertis in magis incerta prolabi - nisi necesse mihi esset, quamvis a litigando alienissimo, iterum me purgare crimine levitatis, quod ut saepius ita in episodio de Rhaguele in me coniecit Girardius. Arbitrarium hominem ac culpabili audaciae obnoxium vix potest quin me esse putet quicunque ex sola Girardii dissertationen opiniones meas cognaverit. Profecto facile fit in eiusmodi materie ut quis obscura et incerta dirimere ac pervestigare conatus incidat in errores. Attamen me, si erraverim, ut errare necesse est, non levi audacia errasse uno nunc exemplo demonstrabo.

Fuerant in dramate nostro partes Χοῦμ cuiusdam de quo Alexander apud Euseb.: « εἶτα περὶ τοῦ ποτισμοῦ τῶν θρεμμάτων διελθὼν περὶ τοῦ τῆς Σεπφώρας ἐπιβάλλει γάμου δι' ἀμοιβαίων παρεισάγων τόν τε Χοῦμ καὶ τὴν Σεπφώραν λέγοντας·

Χ. Ὅμως κατειπεῖν χρή σε Σεπφώρα τάδε.
Σ. ξένῳ πατήρ με τῷ δ' ἔδωκεν εὐνέτιν.

Adnotaveram ad eum locum, quoniam quae habebam proferenda nimis incerta mihi videbantur « Chumum fratrem Sepphorae ipse de suo *fortasse* addidit ». Girardius suspicionem meam reicit: « è una supposizione del tutto arbitraria », ipseque aliam promit coniecturam quam multo minus « arbitrariam » viro docto videri mireris: « sarebbe forse un antico pretendente alla mano di Seffora ». Quam coniecturam ne credas protulisse eum per iocum, ut causae scilicet aridae sales quosdam adspergeret, perlegas apud ipsum Girardium p. 33 quae affert ad suspicionem stabiliendam. Mihi - nam, ut dicam quod sentio, vix quidquam magis remotum ab indole τῆς ἐξαγωγῆς putaverim quam scenam qualem hic excogitavit ferax ingenium Girardii - iam paullo accuratius quam in adnotatiuncula fieri poterat, exponendum est, quid me adduxerit ut « Sepphorae Chumum fratrem additum esse a poeta » suspicarer.

Fuit in primis quod me moveret ipsum eius nomen. Sicuti enim Χοῦς ille ex sacris libris notus tamquam pater Aethiopum, gentis eponymus fuit et ex regia familia, ita Moysis quoque tempore nulli potius eiusmodi nomen conveniret quam sive ipsi regi, sive regis filio. Quoniam autem rex Rhaguel seu Jothor (utrum fuerit nescimus) cum sacris libris dictus esset, restabat quem eo nomine indicari putarem, filius. Sed quid - ita rogaverit quispiam - attinebat Sepphorae addere *fratrem*, cuius mentio nulla facta esset in libris sacris? Dicam. Sane in Exodo solus pater memoratur - at variis ille nominibus! nam qui cap. 3. 1. Jothor vocatus erat, itemque cap. 2. 16, is dicitur 2. 18 Rhaguel. At eodem loco secundum Hebraeorum quasdam traditiones Rhaguel non pater dicebatur Sepphorae sed avus! Quid? Nonne si Rhaguel pater τοῦ Ἰόθορ (secundum targ. Ionath.) Ἰόθορ ille frater Sepphorae habendus erat? Videtis quam confusa fuerint quae de familia Sepphorae tradita inveniret poeta noster. At supererat, quod magis etiam rem haud perspicuam confunderet. Memoriae traditum erat, in itinere per deserta comitem fuisse Moysi cum uxore Sepphora Ὀβὰβ (Chobab) quendam, quonam familiaritatis vinculo cum ea coniunctum? Id dicat qui pro certo indicare possit, quid γαμβρός apud LXX virorum aequales semper et ubique valeat! Nam haecce de eo leguntur Num. X. 29: «καὶ εἶπε Μωυσῆς τῷ Ὀβὰβ υἱῷ Ῥαγουὴλ τῷ Μαδιανίτῃ τῷ γαμβρῷ Μωυσῇ», et quamquam concedo γαμβρὸν ut plerumque in versione τῶν ἑβδομήκοντα hic quoque recte verti *socerum*, manet difficultas. Nam qui traditionem graecam Exodi secutus *Rhaguelem* socerum Moysis esse credebat, ecce ei consurgebat ex loco Num. X alter *frater* Sepphorae; confirmari autem poterat in ea opinione cum ex libro Judd. I. 16 disceret adfuisse in agmine Hebraeorum, postquam introissent in Chanaam, υἱοὺς τοῦ Ἰόθορ τοῦ γαμβοῦ Μωυσοῦ. Nil mirum, si Ezechiel in tanta nominum et consuetudinis confusione, admisit quidem in drama suum fratrem Sepphorae de quo libri sacri eum fecerant certiorem, sed nomine gentili *Chumum* eum nuncupare

malebat, quam aut Jothorem aut Hobabem! « Vi è troppa fantasia in questa supposizione? » rogare mihi quoque licebit verbis adversarii mei, viri sagacis et docti, quem incruento nec hostili certamine oppugnare mihi iucundum fuerit, si neque ei molestam, neque horum annalium lectoribus ingratum fuisse cognovero.

K. Kuiper
in Universitate Amstelodamensi prof. ord.

RIVISTA

DI

STORIA ANTICA

PERIODICO TRIMESTRALE DI ANTICHITÀ CLASSICA

DIRETTA DA

GIACOMO TROPEA

prof. ord. di Storia Antica presso la R. Università di Padova

---

Nuova Serie, Anno VIII, f. 1.

APPENDICE:

BULLETTINO BIBLIOGRAFICO DI STORIA MODERNA

Direzione ed Amministrazione in Padova

CONDIZIONI DI ABBONAMENTO

Alla **Rivista di Storia Antica**:			Al solo **Bullettino Bibliografico di Storia Moderna**:		
ITALIA . .	Anno L.	12.00	ITALIA . .	Anno L.	5.00
ESTERO . .	» »	14.00	ESTERO . .	» »	7.00